



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 17. Ministrorum petitio de exequendo Januarii edicto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

nonnisi pro exequendo Januarii edito Sæcul. XVI.  
sumpsissent, ponere nolint, donec hoc A. C. 1563.  
edictum rursus esset restauratum: altera autem inquirebatur, utrum Regina  
id renunente, idem illam rogaret, ut  
ipsamet proponeret ea, quæ pro Regni  
utilitate ad sedandos tumultus, neçnon  
ad pacem Regno reddendam consul-  
tiora judicaret, ut tandem malis, qui-  
bus Francia affligeretur, finis impo-  
natur.

## §. XVII.

*Ministrorum petitio de exequendo  
Januarii editio.*

Ex hoc Principis sermone Ministri Beza hist.  
Eccl. tom. 2.  
Thu. l. 34.  
haud immerito colligebant, quod ipse pacem a se tantopere exoptatam  
etiam abolitione editi in Mense Janua-  
rio promulgati redimere paratus esset,  
hinc eidem in responsis hæc dabant:  
„jus nobis ex Januarii edito aquisitum  
„missum facere haud possumus, & omni-  
„no nisi manifeste religionem nostram  
„evertere velimus, illud propugnare ob-  
„stricti sumus: si vero Regina Franciæ  
„Administratrix hac duntaxat condi-  
„tione pacem procurare vult, tibi nil  
„reliquum est, nisi ut colloquium dis-  
„solvas. „ Pollicebatur Condæus, se  
eorum consiliis aquieturum, interim  
vero eosdem rogabat, ut convocato-

N 2 Sena-

**Sæcul. XVI.** Senatu suo, quid hac in re agendum,  
A.C. 1563. inter se deliberarent. Ergo ex illis se-  
ptuaginta duo conveniunt, suasque pe-  
titiones scripto tradunt, concludentes,  
quod Calvinistæ arma ponere haud  
possint, nisi eis omnia ipsorum postula-  
ta concedantur: postea animi sui sen-  
tentias scripto comprehensas Condæo  
porrigebant, palam professi, quod a con-  
cepto hoc consilio nullatenus recedere  
velint.

### §. XVIII.

#### *Pacis articuli a Pastoribus Calvinista- rum propositi.*

*Thn. l. c.*

**A**rticuli, quos Calvinistarum Ministri  
præscribebant, erant sequentes.  
I. Edictum, quod consensu delegatorum  
ex omnibus Franciæ Provinciis juxta  
Regni ordinum leges conditum, & in  
Regni curiis promulgatum fuit, resti-  
tuatur, quin ulla exceptio, aut condi-  
tio a Curiis, ut sit, apponatur; II. Ut  
obviam eatur sectis, ac monstrosis op-  
inionibus per licentiam grassantibus,  
Rex confessionem fidei ante biennium  
Anno Christi millesimo quingentesimo  
sexagesimo primo mense Junio propo-  
sitam admittat, ejusque patrocinio su-  
cepto Atheos, Libertinos, Anabapti-  
stas, ac Servetistas severè castigari cu-  
ret. III. Protestantibus liberum sit con-  
venire,